Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest, Universis et Singulis. Consensisse Nos et permisisse, consentireq; et permittere Gsæ Ludovicæ de Bobrownickie Gołuchowska Viduæ, ut possit et valeat de omni et integro Iure Suo Advitalitio, quod Ipsi super Advocatiam in Villa Skotniki sitt: in Palatu Sandomirien: Districtu Vislicensi jacen: servit et competit cedere, illudq; in Personas Gsorum Francisci Bielski, et Salomeæ de Rakowskie Conjugum Lgmorum transferre et transfundere. Quæ quidem Cessio, Jurisq; transfusio posteaquam coram Actis quibuscunq; Authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti eam quæ prævio hocce Consensu Nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis, præsentisq; Consensus Nostri supradictam Advocatiam in Villa Skotniki cum omnibus Prædiis, Curiis, Agris, Pratis, Campis, Sylvis, Gaiis, Nemoribus, fluviis, Fluminibus, Stagnis, Piscinis, Molendinis, Tabernis, Subditis, Eorumq; laboribus, Censibus, Dationibus, commodis et Emolumentis, Cunctisq; attinentiis et pertinentiis eo antiquitus Spectantibus Fidem Generosi Franciscus et Salomea Bielskie Lgmi Conjuges tenebunt, habebunt, et possidebunt, sive uno vitâ functo, alter Eorum tenebit, habebit, et possidebit ad extrema Vitæ Suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis, et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenissimosq; Successores Nostros ab usu et pacifica Possessione dictæ Advocatiæ Eosdem Gsos Franciscum et Salomeam Bielskie Lgmos Conjuges amoturos, neq; amovendi Potestatem cuipiam daturos, sed Salvum et Integrum Ius Advitalitium Eisdem conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus Advitalitatis quartam Proventuum Partem juxta Præscriptum Legum Regni Fidem Gsi Bielskie Lgmi Conjuges quotannis Ravam inferre tenebuntur, sive unus Eorum inferre tenebitur. Iuribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq; Romano Catholicæ Salvis manentibus. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ. Die XV. Mensis Julii. Anno Domini MDCCXLVIII. Regni verò Nostri XV. Anno.

Augustus Rex

Consensus Cedendi de Advocatia in Villa Skotniki sitt: in Palatu Sandomirien: jacen: Gsæ Ludovicæ de Bobrownickie Gołuchowska, in Personas Gsorum Francisci Bielski et Salomeæ de Rakowskie Lgmorum Conjugum datur.

Ioannes Kłopowski Canonicus Cathedralis Premisliensis S. R. Maiestatis Sigilli Regni Secretarius

26

Przywiley na Wuytostwo w Skotnikach Białych

N.ro 12.

ad 5795/799

Actum in Castro Crac. feria sexta post Festum Sancti Jacobi Apli proxima Anno Domini 1740

Consensus S.R. Mttis introcontentus circa cessionem coram Actis Castren. C.C. Nove Civitatis Corczyn sub Actu Superiori facta est Ingrossatus.

Pro Cancellariatu

Illustrissimi Excellmi et Rndmi Domini Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Craco-vien., Abbatis Vqchocen. et Cervenen., Pro Cancellarii Regni.

Sigillatum

422